



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Audoenus Ep. 24. Augusti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

die, toties noctu fertur flexisse. Cum deinde orbis XII. viris in totidem provincias cessisset, subi-
gendas CHRISTO populis, diu collega Philippo
fuit; post hujus verò triumphum, in Indiam &
Armeniam majorem movit. Hic loci ad ejus fa-
cundiam continuò malorum dæmonum simula-
chra obmutuerunt, & torqueri se immaniter à
BARTHOLOMÆO clamitarunt. Proinde orci larvas
è civi, itemque Regis Polymii filiâ facilè abegit.
Eam ob rem cum Rex onustos illi auro gemmisq;
camelos transmisisset, remissis omnibus, eidem si-
gnificari jussit, minimè harum rerum mercatorem
se agere, sed animarum, quas si cælo intulisset, tum
demum lucrum ingens se fecisse existimaturum.
His igitur Rex permotus non difficulter manus
illi dedit, à quo ipsi Dii victos se esse faterentur;
traxitque suo exemplo cum liberis regni bene
magnam partem. At Astyages Regis frater ni-
mium quantum hoc nuntio exacerbatus, pellem
vivo detraxit BARTHOLOMÆO, & capite trun-
cavit. Quid ad hæc vos, qui pellem lautè ac nitidè
habetis, qui aequalicolo fulcitis? ne cum an-
gustum ad cæli atria portam creditis? Ex Brev.
Petro de Natal. & Lippeloo.

Non caret regiâ potestate, qui corpori suo novit ra-
tionabiliter imperare: verè enim dominator est terra, qui
carnem suam regit legibus discipline. S. Aug. l. de verâ
innocentiâ.

S. AUDOENUS EP. 24. Augusti.

ANulum Dagoberti Regis AVDOENVIS cura-
bat, ipse anuli pulcherrima gemma. Officio
suo tunc se fungi arbitrabatur, si Regem sui com-
monefecisset. Pauperum pater amantissimus, sui
ju.

Aug.
e or-
subi-
lippo
am &
as fa-
nula-
iter à
arvas
eget.
misq;
em si-
orem
,tum
irum.
nanus
entur;
benè
er ni-
ellem
trun-
c niti-
m an-
: Brev.

uit ra-
rra, qui
le verâ

ti.

; cura-
Officio
i com-
us, sui
ju-

24. Aug. VITÆ S A N C T Q R V M . 415
judex severissimus carnem nudam cilicio tege-
bat, cilicium aureâ veste dissimulabat , hoc san-
ctior, quò superbior. As paternus inter illum &
fratres ita dispensatus, ut omnem pauperes mona-
chique acciperent. Ipsí quoque rebus humanis
omnibus vale dixerunt, & vel inter monachos au-
lici, vel quod magis mirere, inter aulicos monachi
vixerunt. Episcopus Rothomagenis creatus Hi-
spanias septem annorum siccitate vexatas lacrimis
primò, mox imbre beato recreavit. Monumenta
pietatis templa ac cœnobia plurima reliquit, pro-
digiiis non rarò adjutus. Ita templum meditanti
locum crux per aërem visa rutilare igneaque co-
lumna ostendit. Aliàs commercium , quod illi
cum cælo erat , literæ inde missæ prodiderunt,
quibus monebatur , ne D. Marculphi caput à reli-
quis ossibus (ut quidem cogitabat) separaret. Sa-
xum ingens , quod loco movere multa boum ja-
gana non poterant , duabus buculis obsequens ha-
buit. Id cùm insideret per contemptum muliercu-
la, discludi è suis orbibus oculos suos vidit. Quid,
quòd laudes AVDOENI ranæ templo vicinæ locu-
ta sunt , cùm obstrepentes divinis officiis tacere
jussæ imperio Divi paruerunt ? At nostro ævo ra-
nas garrulas in ipsum templum videas penetrare.
Ex Surio.

Angusta via est, que dicit ad regnum. quisquis ergo
honoribus inflatus fuerit , & auri thesauris dilatatus,
tanquam onustum animal transire non poterit. Tam
minim angusta est diviti porta caelestis , quam est cameloi-
acus foramen. S. Max. serm. de S. Mich.